

CTIO

ROSE

H. von Berger





Ms. 849 23



AD DISPUTATIONIS V.

De

DEPOSITO, RE-
CEPTIS, ET SEQVE.

stratione themata

Auspicante S. S. Trinunitate

Præside

Dn. LUCA BECK-
MANN O. I. U. D.

& in Academia Vitebergensi Pro-
fessore publico,

ad diem 27. Februarij

Publicè respondere recipit

IANVS Beckenstedt Wernige-
rodensis ad Bruçteros, Saxo.

In auditorio ICtorum horis matutinis.

VVITEBERGÆ

Typis Cratonianis, per Ioh. Gorman.

Anno clō 15 VII.



AD DISSENTIENS N.
DETESTATIO
CAPITULI
Auctoritate
Dr. J. u. a. Beck
M. A. N. O. T. A
ad
Publice respondere
In
U. L. B. A. C. N.
The





THESIS I.

DEPOSITVM, quod & commendatum (a) dicitur, à DE & positum, dictum (b) vel quasi deorsum positum, (c) est contractus, juris gentium, (d) nominatus, (e) realis, (f) bonæ fidei: (g) quo res gratis (h) alicui custodienda datur, (i) ut eadem in specie, (k) quando cunque libuerit deponenti, (l) restituatur.

(a) l. Lucius. D. h. t. l. is penes & l. is qui C. eod. l. commodare ff. d. V. s. Donel. lib. 14. Comment. c. 2. & ad t. C. h. n. 6. cum seq. Cuj. 2. obs. 17. & II. obs. 11.

(b) l. 1. pr. D. h. t. Paul. lib. 1. sent. c. 12.

(c) Moz. d. contr. depos. c. 1. n. 2.

(d) §. jus autem gentium s. inst. d. j. N. G. & Civ. l. ex hoc jure D. d. j. & j. l. 7. in pr. cum §. seq. ff. de pact.

(e) l. 1. §. item ereptio ff. d. rer. permut. l. 1. §. ult. D. d. pact.

(f) §. praterea 3. ubi Dd. inst. quib. mod. re contr. obl. l. publica 26. §. fi. D. h. t. l. 1. §. is quoq. 5. D. d. O & A. Wesemb. par. d. reb. cred. n. 3. Donell. lib. 14. Comm. c. 2. & ad t. C. h. n. 4.

(g) §. actionum. 28. inst. d. act. l. 1. §. hanc actionem 23. D. h. t.

(h) d. l. 1. §. si vestimenta 8. cum §. seq. D. h. t. §. fin. inst. d. mand. l. ita 3. §. 1. ff. naut. Caup. stab. Donell. & ad t. C. h. n. 3. & 5.

(i) d. §. praterea. & d. l. 1. pr. l. proprie 6. D. h. t.

(k) l. 6. C. d. R. V. l. 11. ubi Don. C. h. t.

(l) l. si is qui 11. C. h. t.

II.

Dixi gratis: unde statim quæri potest, si mercès sive precium intervenerit, qualis tunc contractus censeatur? Et quidem pecunia interveniente locatio est; re alia, incerti contractus genus. (a) planè, si remuneratio aliqua intervenerit, depositi contractum non mutat. (b)

(a) l. 1. §. si vestimenta 8. cum §. seq. D. h. t. §. si. inst. d. mand. S. char. ad rub. C. h. n. 9. Donell. lib. 14. Comm. 2. c. & ad tit. C. h. n. 5.

(b) l. 2. §. 24. ff. d. vi bo. rap. Cuj. 1. Feud. 1. & in Par. C. h.

III.

Quod si pecuniam eo nomine exegerit depositarius à deponente, non solum actione depositi. (a) sed & conditione ob turpem causam, si quis eam dare coactus fuerit, condici potest. (b)

(a) l. fin. & ibi gl. D. h. t. Balduin. in Justin. suo. fol. 153.

(b) arg. l. 3. & 4. l. pen. & ult. C. d. Cond. ob turp. caus. Duar. c. 3. in fin.

IV.

Interdum & in mutuum degenerat hic contractus, usu scilicet depositæ pecuniæ ab initio concessio & interveniente.

l. 1. §. si pecunia 34. D. h. t. l. 10. ff. d. reb. cred. gl. in l. die sponsal. 25. §. 1. D. h. t.

V.

Quod cum fit, non immeritò quæritur, habeatne in hoc mutuo à depositione inchoato locum SC. Macedonianum? Et magis est, ut negemus, nisi fraus sit adhibita SCto.

arg. l. 3. in fi. l. contra 6. l. item si 7. in pr. & §. seq. & §. mutui l. si quid alij 13. D. ad SC. Maced.

V

Dixi porro, depositum custodiendum dari, unde consequens

quens est, ex hoc contractu præter rei depositæ custodiam nihil, neque dominium neque possessionem, etiam in sequestro transferri, (a) & ideo nec ulucapit depositarius aut sequester. (b)

(a) l. Lucius 27. §. 1. l. Publia 26 l. licet 17 §. 1. D. h. t. l. 3. §. sed si 20. l. interesse puto 39. D. de acquir. poss. & Corras. l. 3. misc. c. 2. Pac. cent. 4. c. v. quest. 80, Gæd. d. sequestr. poss. & fruct. n. 115. Ias. in l. 2. n. 6. ff. si cert. pet. Donell. ad t. C. h. n. 4. & 10 Gomez. de contr. c. 7. n. 2. Clud. d. seq. c. 9 per tot.

(b) l. 2. §. 1. D. pro hered. Don. d. loc.

VII.

Quinimò neque nudus rei usus in depositarium transit, usque adeò, ut si re deposita quòquo-modo utatur, furtum committere depositarius censeatur.

§. furtum a. 7. Inst. de Obl. quæ ex del. nasc.

VIII.

Dixi denique depositum esse reddendum, quando cunque libuerit deponenti. Hinc iterum emergit dubium, quid juris si de certo tempore repetendi intra contrahentes conventum fuerit, an nihilominus deponens voluntatem suam mutare, & ante illud rem depositam possit repetere? Et ita putamus.

Per text. l. 1. §. si deposuero 45. & §. seq. D. depositi l. pen. C. eod. l. pen. C. d. pact. l. si iudex circumvento 41. D. d. minorib.

IX.

Aliud est in sequestro, ubi depositum custodiendum datum est sub certa lege & conditione; hæc enim, quia contrahentium interest, ne res uni reddatur ante conditionem impletam, placet exceptioni locum esse.

l. 1. §. est autem 22. in fi. & §. pen. D. h. t. l. propter s. ubi Goth. & l. is penes 6. C. eod. Donell. ad l. 1. C. eod. n. 3.

X.

An autem depositarius & sequester possit officium deponere &

A 3

re &

re & reddere rem cum volet, atque sic custodia molestia liberari, quaestio est? probatur nobis negativa sententia, nisi iustissima causa intervenerit.

l. ei apud s. §. fin. D. h. t. Wesemb. in par. n. s. in fin. Donel. ad l. 6. C. h. t.

XI.

Ex hoc contractu nascuntur obligationes mutuae inter dante & accipientem, & ex his vicissim actiones mutuae proditae sunt inter eosdem, directa depositi & contraria.

§. praeterea Inst. quib. mod. re contr. obl. t. tit. ff. & C. 6. & Donel. ad rubr. C. h. t. n. 8. & 9.

XII.

Utraque est actio personalis, (a) civilis, (b) rei persecutoria, (c) & bonae fidei, (d) In quatuor sane casibus, puta, si quid tumultus, incendij, ruinae, & naufragij causa depositum fuerit, etiam directa depositi actio praetoria (e) est, & poenalis (f)

(a) *§. praeterea Inst. quib. mod. re contr. obl. §. omnium Inst. de act. l. 25. D. d. O. & A.*

(b) *§. sed & ista inst. d. act. d. l. 25. in fi.*

(c) *§. rei perseq. Inst. de act.*

(d) *§. actionum inst. de act. l. 1. §. hanc actionem 23. D. h. t.*

(e) *l. 1. §. 1. D. h. t.*

(f) *d. §. rei persequenda & §. plane si depositi Inst. de act. & d. l. 1. §. 1. D. h. t.*

XIII.

Directa datur deponenti (a) ubi nil interest, sive is dominus fuerit depositi sive non, usque adeo ut etiam furi & praedoni actio haec concedatur (b) Contraria datur Depositario. (c) Utraque heredibus comperit (d)

(a) *l. Publica Mavia 26. & pass. D. h. t. l. pen. in pr. C.*

ead.

(b) *l.*

(b) l. i. §. si. Prado. 39. ff. h. t. l. non à judice 64. D. de judic. Donell. ad l. ii. C. h. t.

(c) l. 5. pr. & l. si apud quem D. h. t.

(d) l. i. §. hac actio ff. h. t. l. si hereditatem. §. i. D. h. t. l. si is qui 8. C. eod. l. ex Contractib. D. de O. & A.

XIV.

Hic controvertitur, Vtrum res depositæ, quæ numero, pondere, & mensura constant, deponente defuncto inter plures coheredes dividantur, ita ut quod singuli consecuti sunt, propriū sibi habeant? Et, si unus ex plurib. coheredibus partem suam acceperit, pars altera verò apud depositarium ita perierit, ut alteri coheredi damnum communicare debeat? prius affirmo, (a) posterius nego. (b)

(a) l. fi. C. h. t. ubi Donell. n. 1, l. i. §. si pecunia ff. eod. l. in stipulationib. 54. D. de U. O. l. cum Stichus 29. D. de solut.

(b) d. l. fi. C. h. t. & d. l. i. §. si pecunia D. eod. Donel. de loc.

XV.

Non idem juris est in reb. quæ constant certa specie: in his enim damnum uniuscujusque corporis ad omnes heredes pertinet.

d. l. in stipulationib. 85. D. de U. O. l. 5. D. de stipul. servor. d. l. cum Stichus 29. D. de solut. Donel. ad d. l. fi. C. h.

XVI.

Directa depositi actio datur adversus depositarium, (a) contraria adversum deponentem, (b) utraque adversus heredes. (c)

(a) §. i. Institut. de action. l. 25. D. de O. & A. l. si is qui C. h. t.

(b) l. actione 23. D. h. t.

(c) d. l. si hereditatem. §. i. D. h. t. l. ex contractib. D. de O. & A.

Ergo.

XVII.

Ergone Depositi actio non datur adversus eum, qui pecuniam depositam à depositario mutuo accepit, vel cui res deposita utenda data est? Minimè: planè, si in rem agere velit, deponenti permittitur.

l. si is qui §. C. h. t. l. non adversus D. si cert. pet. l. actionum D. d. O. & A. l. in rem D. d. R. U.

XVIII.

Vtrum autem tunc demum teneantur heredes depositarij, si rem depositam habeant; vel dolo aut lata culpa habere defierint, dubitatur? Et certum est, etiam extra hos casus teneri heredes, puta si defunctus dolo malo & lata culpa possidere defierit.

l. si heredem §. 1. D. h. t. Donel. ad l. C. eod. n. 27.

XIX.

Ex quo rursus insignis oritur controversia; Heres depositarij dicit, rem depositam apud defunctum casu fortuito periisse; deponenti contra illam adhuc apud heredem extare, aut dolo ejus amissam asserit; utri parti incumbat onus probandi? & R. juris efficit, deponentem tanquam actorem intentionis suæ fundamentum probare debere.

l. 1. C. h. t. l. 2. D. d. probat. l. 1. l. actor. C. eod. Donell. d. l. 1. C. h. n. 28.

XX.

Directa depositi actio datur ad hoc, ut is qui depositum accepit, depositum reddat: (a) Contraria ad id, ut is qui dedit, depositarium indemnem præstet. (b)

(a) §. præterea Inst. quib. mod. re Contr. obl.

(b) *l. si servus §. quod verò. D. d. furt. l. 23. D. depos.*

XXI.

Veniunt quoq; in directum judicium fructus (a) & usuræ, (b) & hæ

& hæc quidem duabus ex causis: 1. Si moram in restituendo fecerit depositarius (c) 2. Si re depositam ignorante depositario usus fuerit (d) Quin & in duplum interdum depositarius convenitur, illis casibus; quibus actionem hanc Prætoriam & pœnalem esse paulò antè ostendimus. (e)

(a) l. mora §. in 6. fidei ff. de usur. l. 1. §. & ideò ff. h. t.

(b) l. 2. 3. & 4. C. h. t.

(c) d. l. 2. ubi Donel. C. h. t. l. si in Asia 12. §. si ff. eod.

(d) d. l. 3. 4. C. h. t. ubi Donell. l. die §. ult. l. si pr §. 1. D. h.

(e) l. 1. §. 1. D. h. t. §. rei persequenda v. planè si depos. Institus. de A.

XXII.

Ob rem depositam amissam aut deteriore redditam, regulariter (a) nihil amplius præstat depositarius, quàm dolum & latam culpam. (b)

(a) l. contractus 23. D. de R. I. l. si ut certo 5. §. nunc videndū 2. ff. Commodati §. præterea inst. quib. mod. re contr. oblig. l. cū qui 4. §. is autem 3. D. de fur. l. 1. §. si vestimenta 8. & §. in Conducto 10. & §. ult. D. h. t. l. 1. ubi Done. C. eod. l. & ita 3. §. ait prætor D. Naut. caup. stab. l. qui fructum 16. D. de cond. furtiv.

(b) l. quod Nerva 32. D. h. t. l. 1. C. eod. l. 1. §. is quoq; 5. D. de O. & A. l. 11. D. de incend. l. 1. §. 2. D. si quis in testam. lib. es. jus. l. 1. §. si mens. fals. mod. dix. l. 5. §. 15. D. ut in poss. leg. l. 8. §. 6. ff. de precar. Gomez. de Contr. c. 7. n. 2.

XXIII.

Dico regulariter: nam si convenerit nominatim, ut etiam casus fortuitus & culpa levis præstetur, pactum servandum est. l. 1. §. cum convenit, & §. sepè l. 5. §. 2. D. h. t. l. 1. ibi; si non aliud C. eod. l. 7. §. quinquennio D. de pact. l. contractus 23. D. de R. I. l. si ut certo 5. §. 2. ff. Commod. Mozius de natura depos. n. 30. & de accidentib. depos. n. 81.

B

Sic

*Sic culpam
committit
si suas res
potionis præ
parat de
positis. Carri
pag. 250.*

XXIV.

Sic si depositarius deposito se obtulit (a) vel aliqua utilitas ad ipsum exinde perveniat, (b) etiam tunc culpam levem præstabit.

(a) l. i. §. sepè ff. h. t. c. 2. extr. d. depos. l. licet gratuitam 17. §. i. D. d. præfer. verb. gl. & Dec. ad l. contractus 23. D. d. R. I. n. 3. Schneid. ad §. præterea Inst. quib. mod. re contr. obl. n. 17.

(b) l. si ut certo §. nunc videndum ff. cōmodati l. si quis cum 4. ff. si cert. pet. d. c. 2. extr. depos.

XXV.

Quod si depositarius æstimatum accesserit depositum, & tunc omne periculum esse depositarij puto.

l. die 25 §. i. D. depos. l. si quis, 4. ff. d. reb. cred. l. i. §. si æstimazione ff. de æstimat. l. plerumq; 10. D. d. jur. dot. Delrio ad l. contract. ff. d. R. I. c. 5 fol. 149.

XXVI.

Anceps quoque quaestio est, si culpa casum præcessit, an tunc quoque depositarius ob fortuitum teneatur? Opinio negativa magis placet.

Donell. ad l. i. C. h. t. n. 26.

XXVII.

Hic rursus quaeritur, si depositarius pecuniam depositam alteri mutuo dederit, fortasse non malo animo; sed ut eam bene collocaret: num adhuc actione depositi conveniri poterit? Et placet eum nihilominus teneri.

l. 7. & 8. C. h. t. ubi Donel.

XXVIII.

In tantum autem urgetur depositarius ad restitutionem rei depositæ, ut poena infamiae coerceatur; si suo nomine, nec contrario iudicio conventus & cōdemnatus re depositā nō restituat.

l. qui depositum 10. C. h. t. l. i. D. d. his, qui not. infam. l. furti §. i. & ult. D. eod.

Plura

XXIX.

Plura remedia pro re deposita consequenda præter actionem depositi iure prædita sunt; nam & rei vendicationem instituire potest Depositarius, si dominus est (a) item ad exhibendam agere (b) nec non conditione furtiva experiri (c) prout sibi expedire visum fuerit.

(a) l. 1. ubi Donell. C. h. t. l. in rem D. d. R. V. l. 25. de O. & A.

(b) l. 3. §. est autem D. ad exhib. d. l. 1. C. h. t.

(c) l. si quis inficiatus D. h. t.

XXX.

Quæri hoc loco potest, utrum deponens rem depositam repetens præferatur in concursu omnibus alijs creditoribus? Et interest, quâ actione agat deponens; si enim rem depositam vindicat, præfertur indistinctè omnibus creditoribus tam hypothecarijs, quàm Chirographarijs, tam privilegiatis, quam non privilegiatis (a) Aliud est, si depositi agat: tunc enim si res deposita extet, si ve nō extet, personaliter duntaxat privilegiatis creditoribus non etiã hypothecarijs aut jus in rem habentibus præferetur. (b)

(a) l. si ventri §. si tamen D. d. privil. cred. l. si hominum §.

quoties D. h. t. Dan. Moll. ad Const. Elect. p. 1. Const. 28. n. 74.

& l. 1. Semest. c. 26. n. 3.

XXXI.

Ex quo rursus emergit dubium, quid dicendum, si quidem res deposita non extet, sed sciente & consentiente eo, qui deposuit, consumpta est, aut usuris deposita sit pecunia; an & tunc deponens reliquis creditoribus præferendus? Et quia hæc res notissimos depositi terminos egreditur, existimamus cum Mollero (a) deponentem hîc omne privilegium amittere.

(a) ad d. Const. 28. q. 1. & in Semest. d. loc. Ben. Stracta de decoct. par. ult. Molin. tr. d. usur. q. 83. n. 636. & seq.

B 2

Quæ

U. d. Sifer.
i. l. i. c.
s. t. p. 741.

U. d. Carve.
pag. 285
de Deposito.
h. p. 287.

de lora rambaldi
Compensationis
videtur
Causa 74
f. 77
f. 77

XXXII.

Quænam a ratione huic exceptiones opponi vel non possint, videamus; ubi ante omnia de Compensationis exceptione queri potest, An illa contra Deponentem se defendere possit depositarius? Et non posse juris est manifesti.

*l. 22. ff. de pos. l. 6. C. de R. V. B. lib. 2. sent. c. 12. & ibi Cuj. l. 11.
& ibi Donel. C. h. t. l. si. C. de Compens. Gomez. d. Contract. c. 7. n. 2. c. 2. §. fin. extr. h. t.*

XXXIII.

Hic oritur dubitatio, si ab utraque parte depositum intervenit; puta, deposui apud te pecuniam; tu prius aliam apud me rem deposueras, cuius rei nomine tibi tantumdem debeam, forte quia dolo rem amissem, queritur, si ego rem a me depositam repetam, an tu compensationis exceptione ex eadem causa depositi uti possis? Negativam cum Donello amplector.

in l. si quis II. 7. C. h. t. t. ult. C. de Compens.

XXXIV.

Sed nec jure retentionis, nec doli mali exceptione uti poterit Depositarius obsumtus, quos in rem depositam fecerit.

d. l. si quis II. & ibi Donell. n. 9. C. h. t.

XXXV.

Similiter nec spoliationis exceptio locum habet, quo minus depositum statim reddat depositarius, nisi spoliatus prius agat interdicto, ut restituatur.

arg. d. l. si quis II. ubi Don. n. 10. l. ult. C. de. Compens. c. bona fides vers. sanè ex deposito & c. super extr. de ord. cognit.

XXXVI.

Habet hæc quoque quæstio dubitationem: Extraneus denunciât depositario, ne rem depositam restituat; quoniam dicit se ejus rei dominum, & experiri velle cum depositario; num in hac facti specie depositarius depositam retinebit? puto quod sic, ita tamen; ut denunciatio in scriptis transmissa sit ad depositarium,

& ju-

& juret is dolo malo suo factum id non esse: planè si deponens depositario idoneè cavere velit, se illū defensurum, si ab extraneo denunciante conveniatur, audiendus est, & cogitur tunc depositarius rem depositam restituere.

l. 11. in fi. junct. auth. seq. & ibi Donell. n. 11. C. depos. l. is à quo 57. ff. de R. U. l. si servus §. quid verò D. de furt.

XXXVII.

Quid, si non in scriptis, sed testibus presentibus hoc denunciaverit extraneus, an idem juris obtinebit? & est, ut negemus.

Donell. ad l. 11. C. h. t. n. 12.

XXXVIII.

Quòd si non Dominus sit, qui denunciat, & deponens exinde damnum passus fuerit, cogitur id illi resarcire, & simul trientes usuras ejus pecuniæ præstare.

Auth. sed jam cautum ibiq. Doncl. C. h. t.

XXXIX.

De hominū quoq; & pignoris exceptionib. res non usque quaq; expedita est, utrum his defendere se depositarius possit? priorem admittimus; (a) posteriorem non æquè. (b)

(a) l. bona fides 31. §. ult. D. h. t. Donell. ad l. 11. C. eod. n. 12. facit l. neg. ff. de R. I. l. pro patre D. de servitutib.

(b) d. l. 11. ibi, vel hypothecariam prætendens C. h. t.

XL.

Alias autem exceptiones, quibus depositarius negat se habere vel se ex causa depositi teneri; quales esse possunt Exceptio pacti conventi, transactionis, juris-jurandi, rei judicatae, solutionis, liberationis, & similes; quo minus opponere possit, nihil est impedimento.

d. l. 11. ubi Donell. n. 12. C. h. t.

XLI.

Actioni huic Depositi admodum affinis est. (a) actio de Recepto; quæ nautæ, caupones, stabularii pro rebus in navem, cauponam, vel stabulum illatis restituendis conveniuntur. (b)

B 3

(a) Vic.

(a) Vig. meth. j. Civ. par. 5. lib. 17. c. 8.

(b) t. tit. D. naut. caup. stab. ut rei rest.

XLII.

Differt tamen in nonnullis à depositi actione & 1. Depositi actio civilis est, hæc de Recepto honoraria sive pratoria (a) 2. Illa bonæ fidei est, hæc stricti juris (b) 3. in illa dolus & lata culpa solum præstatur; in hac & levis & levissima (c) 4. Depositarius ex sola rei jllatione non obligatur. (d) Sed nauta, caupo, & stabularius ex eo solo, quod res hospitem inferri passus est, ad custodiam se obligasse censetur. (e)

(a) l. 1. ff. naut. caup. stab.

(b) Vult. ad §. rei perseq. Inst. d. act. n. 84.

(c) l. §. ita 3. §. ait prætor 1. & l. licet 6. ff. naut. caup. stab.

(d) Moz. tract. d. depos. c. ult. n. 9. & seq.

(e) l. 1. §. fin. D. d. tit. Everh. Speckh. cent. 1. quest. jur. q. 23.

XLIII.

Quod si nauta, caupo, & stabularius prædicat, ut unusquisque hospitem res suas ipse observet, se enim damnum præstare nolle; Item si clavem Cameræ hospiti dederit, num in his casib. à custodia se liberasse putandus est? in priori casu affirmativa, (a) in posteriori negativa prævalet. (b)

(a) per text. l. ult. D. naut. caup. stab.

(b) gl. & Dd. in l. 7. §. 1. D. h. t. Schneid. ad §. item exercitor n. 5, Inst. 1. Obl. que ex del. nasc.

XLIV.

Huius loci est & illa questio: Dedit aliquis cauponi cistam vel valisiam ad custodiendam, repletam pecuniâ vel alijs rebus; deinde illam recipit; sed dicit, se quasdam res ex ea amisisse, qualiter probare possit res, quas amisit, in cista vel valisia fuisse? distinguendum putamus: aut cista vel valisia redditur clausa & obliata, prout fuit deposita; aut redditur aperta vel scissa: priori casu veris probationibus probare deponens cogitur, res amissas

missas in cista & valisia fuisse; posteriore stabitur quandoque juramento deponentis.

arg. l. in actionib. ff. d. in lit. jur. Br. in l. r. §. si cista D. depos.
Ias. l. in actionib. n. 41. D. d. in lit. jur. Schrad. ad §. præterea
Inst. quib. mod. re contr. obl. n. 38.

XLV.

Hæc de Deposito. Nunc de sequestratione, quæ & ipsa quodammodo depositi species est, non nihil videamus.

l. propter §. ff. depos. Don. ad l. 5. C. eod.

XLVI.

Sequestratio, quæ & sequestrum (a) dicitur, est duorum pluriumve litigantium ejus rei, de cujus detentione controversia est, sub certa conditione custodiendæ reddendæve depositio, (b) Vnde & sequester dictus, apud quem ea fit. (c)

(a) *l. 5. §. si. l. licet D. depos. Dd. ad l. un. C. d. prohib. seq. pec. Vig. Meth. j. contro. li. 2. c. 4. reg. 6. Gail. 1. obs. 5. n. 3. Quæ Hispanis Interim, Gallis, Recredentia; Belgis Provisionale remedium, fiduciaria processio, alijs processus reformativus appellatur.*

(b) *l. sequester no. D. d. V. S. l. 5. §. 1. & 2. l. 6. & d. l. licet D. depos. l. 5. §. sed si nec ipsi ff. ut leg. vel fideicom. no. cav.*

(c) *d. l. sequester no. l. interesse puto 39. d. acquir. vel amit. poss. l. 5. §. fam. ercisc. d. h. 5. 6. & l. licet.*

XLVII.

Sequestratio in duas species commodè dividi potest: aut enim voluntaria est, sive conventionalis, quæ ex voluntate & conventionem partium controvertentium descendit (a) aut necessaria sive judicialis, quæ à judice necessitate jurisdictionis discernitur. (b)

(a) *l. 5. §. 1. & 2. l. 6. l. licet §. 2. ff. dep. d. l. interesse puto D. d. acquir. poss. l. 5. D. fam. ercisc. l. 5. §. sed si nec ipsi D. ut leg. seu fideic. no. cav. c. 1. 2. & 3. extr. h. t. l. un. C. eod. Clem. un. C. eod. Myns. cent. 5. obs. 35. Clud. d. seq. c. 3. n. 6*

(b) d.

*l. d. d. p. ut
Hund. d.
Sequestr. :-
Bisep. Mis.
Clem. n.
Gödd. d. seq.*

(b) d. l. un. C. d. prob. se. l. si fidejuss. §. fi. D. Qui satisd. cog. l. Scto ff. de off. presid. facit. §. 1. & l. in conventionalib. D. de U. O. Clud. d. loc. Corras. 3. miscell. 2. Wes. cons. 7. p. 329.

LXVIII.

Conventionalis sequestratio regulariter est permessa, (a) circa quam illud saltem quaritur, an valeat conventio, ut si certa die debitor non satisfecerit, omnia ipsius bona sequestrentur? & ita nobis videtur. (b)

(a) d. l. §. 1. cum seq. l. 6. ff. dep. l. 5. D. fam. ercisc. d. l. §. sed nec ipsi ff. ut leg. ca. cav. Clud. d. seq. c. 4. n. 50. cum seq. Myns. Cent. 5. obs. 35. n. 3. Geil. lib. 1. obs. 148. n. 8. Schneid. ad §. praeterea Inst. quib. mod. re Contr. obl.

(b) facit l. non impossibile D. de pact. l. pen. C. eod. l. in re C. mand. qui l. ad l. un. C. d. thes. lib. II. & in l. 1. C. qui bo. ced. pos.

LXIX.

Necessaria verò sequestratio sive legalis regulariter est prohibita, (a) & idè non nisi in certis casib. permittitur, (b) & in illis ipsis magna judicis circumspèctio debet esse; ut diligenter advertat, num casus quo sequestratio petitur, sit relevans & in re fundatus: neque. n. sine causæ cognitione admitti debet sequestratio (c)

Non punitur
fugit suu ab
Columbianam
raj. Goad.
pag. 149.

(a) l. un. de prot. seq. pec. c. 1. extr. d. seq. pos. & fruct. c. 1. ut lib. præd. Clem. un. de seq. pos. & fr. Landrecht lib. 2. art. 17. & li. 3. art. 73. Weichbildt ar. 29. Ehnrecht art. 15. Myns. cent. 5. obs. 35. Corras. 2. miscell. c. 2. n. 6. And. Geil. d. Arrest. c. 1. n. 7. Clud. de seq. c. 4. par. tot. Coler. de proces. exec. p. 1. c. 2. n. 81. in fi.

(b) gl. in c. 2. extr. d. seq. pos. & fr. Matt. Coler. d. proces. exec. p. 1. c. 22. n. 156. Corr. 2. misc. c. 2. n. 9. cum seq. Gæd. de sequestr. poss. & fr. c. 2. n. 53. cum seq. Clud. de seq. c. 5. per tot.

(c) Clud. d. c. 5. n. 1. in fi. c. 6. n. 13. cum seq. Wes. cons. 7. n. 7. Coll. 336. l. ei apud quem §. ul. ff. de pos.

L.

Casus verò, in quibus sequestratio potest habere locum, sunt
potis

potissimum hi, qui sequuntur. 1. Si partium jura adeò sunt obscura, incerta, & æqualia; ut judex statim non intelligat, cuinam parti rem adiudicare debeat.

Innoc. c. veniens n. 2. extr. d. testam. Wesem. cons. 41. n. 17. Coler. in proces. exec. c. 2. n. 110. Clud. d. seq. c. 5. cas. 1. n. 5. & 6.

L I.

2. Sic si de momentanea ac litigiosa possessione lis oriatur, & subsit metus aut periculum, ne partes litigantes tandem à verbis ad verbera descendant, judex ex officio etiã partibus non petentibus rem controversam sequestrare poterit.

facit l. si cuius 13. §. sed si inter ff. d. Vusufr. l. si. D. d. off. procu. Cas. l. si super 9. C. d. trans. l. 13. D. d. off. presid. & der Reichsabscheid ann. 21. 48. & 55. & Ord. Cam. Imp. part. 2. tit. 21. von der streitigen Possession. §. ob auch im obberührten fall. Gail. 1. obs. 5. n. 2. ubi plures alle. Dua. ad l. un. C. d. prob. seq. pec. in fi. Myns. 2. obs. 11.

L II.

Sic 3. si ob paupertatem, malos mores, & improbitatem vitæ antea etæ reus sit suspectus, ne rem litigiosam vel consumat (a) maximè si res mobilis sit; vel cum ea aufugiat; (b)

(a) *Myns. cent. 5. ol. s. 35. n. 4. Gail. 1. obs. 147. n. 4. & obs. 149. n. 7. Vig. meth. j. Cont. lib. 2. c. 4. reg. 6. arg. l. sicum dotem 22. §. sin autem vers. sin verò dotem ita dissipet D. sol. matrim. l. 21. §. fin. ff. d. appell. Coler. d. process. exec. part. 1. c. 2. n. 103. & n. 113. Clu. d. seq. c. 5. Cas. 3. & 4. Menoch. de arb. jud. quest. lib. 2. cent. 5. n. 57.*

(b) *l. de pollicitationib. 8. D. d. pollic. l. si fidejuss. 7. §. si. D. qui satis d. cog. l. item si suspectus 19. ff. l. proc. Corr. li. 3. misc. c. 2. n. 6.*

L III.

Sic 4. quoque persona (a) sequestratur, ubi puellam duo simul ambient in uxorem; & uterque sibi ab ea promissum esse matrimonium contendat, (b) item si sponsa sponso ad matrimonium agenti opponat exceptionem motus & minarum; (c) Item, si pa-

C

ter

ter sponsæ justas sui diffusius causas allegare voluerit, nec inter-
rim potuerit: (d) item si maritus nimium in uxorem suam sæviat,
& immanem crudelitatem exerceat; (e) tam diu sequestrari per-
mittitur eas, donec contentio finiatur.

(a) l. 3. §. si ff. d. lib. exhib. c. cum com. extr. d. spons. & matr. C.
extr. missi extr. d. rest. spol.

(b) c. cum locum & c. tu a fraternitas extr. de spons. & matr. c.
tenor. in fi. & ibi gl. in verb. accelat ex d. sent. & re jud. Gail.
1. obs. 112. n. 15. d. seq. c. 5. cas. 6.

(c) And. Geil. 2. obs. 45. n. 7. tex. in c. cum locum, & ibi gl. in
vers. donec ex. d. spons. facit tex. in c. pen. ext. d. probat. Clud.
ubi sup. c. 7.

(d) 3. q. 9. Can. si ve 33. q. 2. Coler. d. proc. exec. p. 1. c. 2. n. 115.

(e) d. c. cum locum & Can. 3. quest. 9. d. Can. si ve 33. q. 2. Matt.
Col. ubi sup. n. 117. Clud. ubi sup. c. 8.

LIV.

Sic 5. Quando ab executione sententiæ, quæ transivit in rem
judicatam appellata fuerit; fructus rei litigiosæ sequestrari de-
bent, etiã nulla fuga vel dilapidationis suspicione interveniẽte.

l. ab executione 5. C. quor. app. non recip. And. Gail. 1. obs. 147.

n. 8. Coler. proc. exec. p. 1. c. 2. n. 118. & p. 3. c. 11. n. 18. Clud. d. lo.

Cas. 11.

LV.

Sic 6. Quando appellatum fuit à sententia lata super benefi-
cio spiritali, quia tunc etiã illud una cum fructib. & redditib.
sequestrari potest.

Clem. un. d. seq. poss. & fruct. Col. d. proc. exec. c. 2. n. 121. Clud.
d. seq. c. 5. cas. 12.

LVI.

Sic 7. filis oritur inter emtorem & venditorem de pre-
tij solutione ac rei vendita traditione; ut vel præcium venditori
tuto non solvi, aut res vendita emtori sine periculo nequeat; tam
precium quàm res vendita sequestrari potest.

l. si soluturus 39. §. si D. d. solut. Matt. Col. d. proces. exec. p. 1.
c. 2. n. 128. Clud. d. seq. c. 5. Cas. 13.

Sic

LVII.

Sic 8. permittitur sequestratio, quando controversia est; de re quodam tempore peritura; tunc enim illa res vendi, & precium loco rei sequestrari potest.

*arg. l. litib. 19. C. de arg. & Cens. lib. 11. l. fin. ff. d. requir. reis.
Gail. 1. obs. 48. n. 3. Coler. ubi sup. n. 129. Clud. ubi sup. cas. 14.*

LVIII.

Sic 9. Si controversia oriatur inter dominum & colonum de dominio rei locatæ, & colonus cautionem de fructibus restituendis præstare recuset, sequestratio fructuum admittetur.

*l. litib. 19. C. d. agric. & Cens. lib. 11. Corr. lib. 3. miscell. c. 2.
n. 9. cas. 5. Gæd. d. sequest. poss. & fruct. c. 2. n. 33. cum seq. Clud. ubi sup. cas. 15.*

LIX

Sic 10. ob debitum fiscale, quod vel ex contractu (a) vel delicto (b) descendit; si reus id solvere noluerit vel nequierit: sequestratio quandoque potest habere locum.

*(a) arg. l. 2. vers. custodia & l. 3. ubi abreptus & utrobique gl. C. d. exacto. X. lib. Ias. §. cum. eo. n. 4. Inst. d. act. Clud. d. seq. c. 5. cas. 17. Coler. d. proces. exec. p. 1. c. 2. n. 142.
(b) Col. d. loc. n. 144. Clud. d. lo. cas. 18.*

LX.

Sic 11. Si debitor non solvendo existens fructus rei litigiosæ in proprios usus convertat, sequestratio fructuum quandoque admittetur; (a) Quo tamen casu vicissim debitori præstanda sunt alimenta & litis expensæ, si illas velit in se recipere (b)

*(a) Coler. in proces. exec. p. 1. c. 2. n. 123. Clud. ubi sup. cas. 19.
(b) l. is cui §. ubi legarum ubi Dd. ff. ut in pos. legat. l. si instituta 27. §. d. inofficios. in fi. D. d. inoff. test. l. si §. quid si ei C. d. ord. cog. Hart. Pist. lib. 1. quest. 1. civ. & sax. q. 20.*

LXI.

Sic 12. denique si quis in jus vocatus non ierit, sed contumaciter sese absentet, rectè ad sequestrationem bonorum illius, maxime eorum, quæ in controversiam vocantur, deveniri potest.

c.1. & 2. ext. d. seq. poss. & fruct. c. ex his ex. d. do. & contum.

Corr. 3. Misc. 2. n. 10. Wesem. cons. 7. n. 4. Coler. ubi sup. n. 84.

Clud. ubi sup. cas. 21. LXII.

Ex sequestratione, sicut ex deposito, duæ oriuntur actiones sequestrariæ, directa & contraria, in quibus omnia illa observantur, quæ in depositi actione diximus.

l. 5. in pr. & §. 1. l. si in Asia §. cum sequester D. depos.

LXIII.

Relevatur seu finitur sequestratio, & quidem voluntaria mutuo consensu partiû, & eventu cõditionis (a) Necessaria verò nõ aliter quã judicis decreto & interposita sufficiẽti satisfactione (b)

(a) *l. 1. §. 1. & l. 6. D. dep. l. nihil tam D. d. R. l. obligationum ferre D. d. O. & A.*

(b) *c. 1. ex. h. t. l. un. C. eod. l. fidejussor §. §. fi. D. qui satis d. cog. l. s. §. sed si nec ipsi D. ut leg. caus. cav. Menoch. d. arb. jud. quest. lib. 2. cent. 5. cas. 57.*

LXIV.

Finem hujus disputationis claudat materia obligationis & consignationis pecuniæ, quã videlicet debitor pecuniam vel in judicio vel extra judicium, creditore nolente illam accipere offert ac deponit, cujus oblationis effectus sunt potissimum hi: Ut debitor liberetur (a) mora purgetur (b) usuræ (c) & pœnæ (d) evitentur; pignus liberetur vel pignoratitia agi possit (e) & deniq; periculum rei transferatur in adversarium. (f)

(a) *l. si debitor 30. l. qui decem 72. ff. d. sol. l. 1. §. si pecunia ff. depos.*

(b) *l. illud ff. d. peric. & com. rei vend. l. si servum §. ult. D. d. V. O.*

(c) *l. si pro te & l. ex prædijs, & l. si creditor. C. d. usur.*

(d) *l. Celsus in si. ff. d. arb. l. trajectitia ff. d. O. & A.*

(e) *l. si rem §. ult. cum. l. seq. ff. d. pig. act. l. nec creditores in si. C. eod. l. si residuum C. d. distr. pig. l. item liberatur §. qui patitur ff. quib. mo. pig. vel hyp. toll.*

(f) *l. si soluturus & l. qui decem D. d. sol. l. illud. D. d. peric. & com. rei vend. l. si ex legat. ff. d. V. O.*

94 A 7379

ULB Halle

3

002 376 911





sb

WMA

7/4 Nov 1993







May 849 23

